



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

291. Peter von Samter's Rückschreiben an den Kurfürsten Friedrich über  
die zu Tütz versammelten Söldnerschaaren, vom 21. März 1467.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

291. Peter von Samter's Rückschreiben an den Kurfürsten Friedrich über die zu Lütz versammelten Söldnerhaaren, vom 21. März 1467.

Preclare princeps et domine, domine michi fauorose. Proxima feria secunda elapsa litteras vestre preclaritatis primo recepi, que propter Inundacionem aquarum me cicius aduenire non poterunt, In quibus vestra scribit preclaritas, quod quicquid iudicialiter discernere inter homines seruiles in Thuzno morantes et preclaritatem vestram, hijs velit consentire vestra preclaritas. Scire igitur dignetur vestra preclaritas, quod semper iuxta vires meas libenter opto complacere preclaritati vestre. Sed quia hec ipsa res profundum peruenit in negocium et arduum, super quo ingenio et consilio capitis mei discernere nescio. Quicquid tamen inter eos et preclaritatem vestram concordie et vnionis facere possem, id ipsum facere presto sum. Precepi namque eis vigore Regio, ne bonis preclaritatis vestre hominumque vestrorum dampna inferant. Ipsi tamen mandatis non parentes voluntate sua propria, vt ad me nuper peruenit certorum relatu, hominibus vestre preclaritatis contra omnem voluntatem Regie maiestatis et meam dampna fecerunt non modica, super quo multum doleo. Habeat igitur vestra preclaritas dominum Regem et me in ipso facto excusatum Ex eo, quod voluntatis sue serenitatis neque mee fuit. Notifico eciam preclaritati vestre, quod robur et vigorem recipiant magnum ex augmento Stipendariorum ad eos de Prussia preter voluntatem domini Regis et meam confluencium. Informet me ergo vestra preclaritas, quod amplius in complacenciam vestre preclaritatis sim facturus. Ex Schamothuli, Sabbato ante palmas, Anno domini MCCCCLXVII°.

Petrus de Schamotuli, Cast. Pozn. et  
Capitaneus Maj. Polonie generalis.

Preclaro principi et domino, domino fredrico,  
dei gracia Marggrabio Brandeburgensi, Electori Sacri  
Romani Imperii et Thezaurario domini Pape, Duci  
Pomeranie, necnon Burgrabio Norimbergensi, domino  
michi fauoroso.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

292. Johann Caphun von Swykow entsagt dem Kurfürsten mit seinem Hauptmanne von Nossing, am 21. März 1467.

Ich Jhan Caphun von Swykow Beware mich vnd wil mich bewart haben  
In Crafft deszes briues ken den hochgeboren fursten vnd heren, heren fridriche,

Sauptst. III, Bb. I.

53